BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

delere nutu confidimus. Admonuit autem
eos et de auxiliis dei que facta sunt erga
parentes. et quod sub sennacherib centum
.lxxxv. milia perierunt. et de prelio quod eis
adversus galathas fuit in babylonia.
ubi omnes ut ad rem ventum est. ma
cedonibus sociis hesitantibus. ipsi sex mi
lia soli peremerunt .c.xx. milia: propter
auxilium illis datum de celo. et benefi
cia plurima consecuti sunt. His
vocibus constantes effecti sunt. et pro legibus
et patria mori parati. Constituit itaque
fratres suos duces utrique ordini. symo
nem. et yoseph. et yonathan. sub
iectis unicuique millenis. et quingen
tenis. Ad hec etiam ab esdra lecto illis
libro sancto. et dato signo adiutorii
dei. in prima acie ipse dux commisit cum
nycanore. et facto sibi adiutore omnipo
tente. interfecerunt super novem milia
hominum. Maiorem autem partem ex
ercitus nycanoris. vulneribus debilem factam
fugere compulerunt. Pecuniis vero eorum
qui ad emptionem ipsorum venerant
sublatis: ipsos usquequaque persecuti sunt.
Sed reversi sunt hora conclusi. Nam erat
ante sabbatum. Quam ob causam non perse
veraverunt insequentes. Arma autem ipsorum
et spolia congregantes. sabbatum agebant
benedicentes dominum: qui liberavit ipsos
in isto die. misericordie initium stillans in
eos. Post sabbatum vero debilibus et or
phanis. et viduis diviserunt spolia:
et residua ipsi cum suis habuerunt.
His itaque gestis et communiter ab
omnibus facta obsecratione. misericordem
dominum postulabant. ut in finem servis
suis reconciliaretur. Et ex his qui cum
tymotheo et bachyde erant contra se con
tendentes. super .xx. milia interfecerunt.
et munitiones excelsas obtinuerunt.
et plures predas diviserunt. equam por
tionem debilibus. pupillis. et viduis.
sed et senioribus facientes. Et cum arma
illorum collegissent. diligenter omnia compo
suerunt in locis oportunis. residua
vero spolia iherosolimam detulerunt. Et
phylarchen qui cum tymotheo erat
interfecerunt. virum sceleratum qui in multis
iudeos afflixerat. Et cum epinicia ag
erent in iherosolimis: eos qui sacras
ianuas incenderant. id est callistenen cum
in quoddam domicilium refugisset. incen
derunt. digna eis mercede pro impieta
tibus suis reddita. Facinorosissimus
autem nycanor. qui mille negotiatores
ad iudeorum venditionem adduxerat.
humiliatus auxilio domini ab his
quos nullos existimaverat. deposita
veste glorie. per mediterranea fugiens.
solus venit antyochiam. summam
infelicitatem de interitu sui exercitus con
secutus. et qui promiserat romanis se
tributum restituere de captivitate ihero
solimorum: predicabat nunc protectorem
deum habere iudeos. et ob ipsum invulnerabi
les esse. eo quod sequerentur leges ab eo con
stitutas. Capitulum Nonum.
Eodem tempore antyochus inho
neste revertebatur de perside.
Intraverat enim in eam que
dicitur persipolis. et temptavit expo
liare templa. et civitatem opprimere. Sed
multitudine ad arma concurrente.
in fugam versi sunt. et ita contigit ut
antyochus post fugam turpiter rediret.
Et cum venisset circa egbathanam. re
cognovit que erga nycanorem et tymo
theum gesta sunt. Iratus autem in ira:
arbitrabatur se iniuriam illorum qui
se fugaverant posse in iudeos retorquere.
Ideoque iussit agitari currum. sine inter
missione agens iter. celesti eum iudi
cio perurgente. eo quod ita superbe locutus
est. venturum se iherosolimam. et congeriem
sepulchri iudeorum eam facturum. Sed qui